



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Ornatus superbus, & curiosus fugiendus est propter quinq[ue].

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

CHRISTIANA

non cum pulsu aeris, neque cum sonitu, uel strepitu uocis, sed inenarrabiliter sicut conuenit eius diuinitati, quia æqualis & consubstantialis est deo patri.

*Ornatus superbus, & curiosus fugiendus est propter quinque.*

**P**rimo, quia sacra scriptura docet. Ecclesiasticus: In uestitu ne glories unquam nec in die ortus tui exultabis. Et Petrus etiam docet quomodo debeant esse mulieres; non nimis ornate &c. Paulus etiam ait: Habentes alimenta, & quibus tegamur his contenti simus. *Glossa:* contenti tegumento non debemus querere ornamentum. *Auguf.* Augustinus: Veste purpurea tibi cūdetur nō ad pulcritudinem sed ad necessarium tegumentum, ne, dum exquisitis uestiris, alteram turpitudinem assumas. Et *Cyprianus:* Serico & purpura indute, Christum induere non possunt; auro & margaritis & molibus ornate, ornamenta cordis & corporis perdiderunt. Secundo, qui deo displicet. Et hoc ostenditur in plasmatione hominis. Voluit enim

Ecc. 11

Pet. 3.

Tim. 7.

Glossa.

Auguf.

Cypria.

Dominus præciosum spiritum sub uili sacco carnis abscondere. Vnde non est uerissimile quod uoluerit corpus quod est uile, præciosum tegumentum habere. ideo parentibus nostris post peccatum tunicas pelliceas fecit. Vnde D. Bernardus:

Bernar.

Queritur, non quod utilius, sed quod subtilius inuenitur, non quod frigus expellat, sed quod superbire compellat. Tertio, quia diabolo placet, & hoc potest ostēdi duabus rationibus. Prima est, quia ornatus superbus, est signum diabolicę subiectionis. Vnde Gregorius: Euidētissimū signū reproborum est superbia, humilitas electorum. Secunda est, quia mulier bene ornata, est esca & hamus diaboli. Vnde Ecclesiastic. Inueni amariorem morte mulierem. sanctus Ambrosius: Forma feminea laqueus est diaboli. Quarto, quia magna stultitia est acquiescere huic uitio. De hac materia require in capitulo quarto. Quinto, propter culpam quę ex superbo prouenit.

Gregor.

Ecc1.12

Ambr.

Vide in sequenti capitulo.